

p. 2. rec. dec. 30. n. 10. & 194. n. 1. par. 7. eorumque obligatio prior est, quam collateralium, quamvis ab istis in successione vincantur, necum quia in hac materia, ut supra dictum est, non attenditur ordo successiois; sed ille præsertim in d. l. qui a liberis, sed etiam quia quilibet descendens habet jus legitimum in bonis ascendentium, quod non est in bonis collateralium, ideoque maior est obligatio, Barbo. d. par. 4. n. 137. Fontan. d. claus. 5. gl. 3. n. 35. Prout & eorum obligatio non extinguuntur cum persona, sed bonorum perfectiora transiunt ad heredes, ut supra de aliis ascendentibus tertio loco insumimus et dictum, ac notatur etiam in materia Auth. res que, d. disc. 145. ubi ultimum ascendendum est propria sedes, ac ibidem habetur, obligationem esse subsidiariam.

F R A T R E S.

IN omnium prædictorum defectum, intrat obligatio fratrum ut fraterum ex propria persona, quatenus ex eodem patre nati sunt, ut ad huc probat text. in d. l. cum in plures, §. cum tutor, ubi gloss. ff. de administrat. tutor. gloss. in l. non omni, Cod. eod. & alios cum antea, Barbo. d. par. 4. l. 1. ex n. 125. Surd. de adm. tit. 1. q. 23. Boss. d. c. 5. n. 71. cum seq. Giurba ad consuet. d. gl. 3. n. 57. Fontan. d. claus. 7. gloss. 3. Ad eadem ad decisionem 460. ex n. 64. part. 4. recent. tom. 2. ubi adfatiatent probatum habetur hanc obligationem respicere etiam fratrem clericum solos redditus Ecclesiasticos habentem, quod admittit Barbo. d. surd. Giurba, & Fontan. supra citati.

Ex illa text. restrictione ad sorores ex eodem patre natas, resultat exclusio sororis uterine, cui (quodquid sit de alimentis) dotem a fratre uterino præstendam non esse, ex dicto textu firmat communis schola DD. ex deductis per Barbo. Fontan. Surd. & alios ubi supra, præsertim Aden. ad d. dec. 460. n. 125. & seqq. ac dixit Rota coram Caval. dec. 393. n. 7. dec. 137. n. 19. part. 6. recent. Unde quamvis ponderationes in contrarium factæ per Tiraquell. de primogenitu. 62. Surd. dicta q. 25. ex n. 17. Mant. d. tit. 16. n. 34. & Giurb. dict. gl. 3. par. 1. n. 60. cum aliis hinc inde deduct. per Boss. d. cap. 5. n. 79. cum seq. videantur nimis æque, & rationabiles, dum non videntur adesse congrua ratio, cur consanguineis tantum nedum legitimis, sed bastardas etiam dotari teneatur, & non uterinas, quorum conjunctio est magis certa; at tamen in foro iudicibus inferioribus non auderem consilere recessum à prima uti magis recepta, & communi, Tribunalibus autem superioribus, que magis ratione, quam cumulo Doctorum, aut exemplis moveri solent, ac debent, & quorum oracula possumus inferioribus deferuntur pro norma, contrarium omnino (suaderem amplectendam, in defectum tamen fratrum consanguineorum, quorum obligacionem priorem esse non dubito, & observat ex Grat. d. f. 65. n. 6. Giurba n. 60. Neque teneat aperta dispositio text. in d. l. cum in plures, quoniam cum ista dos debita per collaterales ratione pietatis videatur debita loco alimentorum, hinc proinde, non rigor juris civilis, sed æquitas canonica ubique etiam in terris Imperii servanda est, ut luculenter probatur in d. decis. 30. p. 7. rec. alia 571. Merlin.

mativæ adhaerendum sit cum Gratiano & aliis; aut amissa est post primas nuptias, ita ut petatur post secundas, & secus, quia continuatio videtur iuris civilis est grata, & iuri canonico, licet non prohibita, tamen non exosa, nisi ageretur de vidua nimis juvene; & pulchra, in qua prudentis iudicis arbitrio probabilis tunc incontinentiæ vigeat ex eadem ratione, ex qua contra omnem juris mentem, magis communis, & recepta sententia cogit filius ad præstandam matri juveni dotem post secundas nuptias, ut infra hoc eod. disc.

Ceterum cum text. in d. l. cum in plures, §. cum tutor. part. ficet fratres utrique conjunctos, & consanguineos, hinc proinde congruè dubitari contingit, an existentibus fratribus idoneis utriusque qualitatis, simul tane, vel successiva sit eorum obligatio, ut nempe prius utraque conjunctus, & postea consanguineus, vel ambo teneantur per æqualem concursum.

Casum adhuc in specie factum videre non licuit, pro similitanea enim videtur urgere text. in d. l. cum in plures, ubi partim fertur de utroque disponit, ac certum quia excepto casu inestratæ successiois de jure novissimo alterate, sub nomine fratrum æqualiter veniunt ad eodem patre procreati, non attentu æquitate, vel duplicitate vinculi, ut receptum habemus in fideicommissis ex sententia Bart. in leg. Lucius, de vng. & pupill. Peregr. de fideicommiss. artic. 20. num. 12. Fofar. quest. 79. Baratt. dec. 770. & 801. & in aliis, de quibus in sua materia sub tit. de fideicommissi. Maxime quia, ut supra dictum est, in ascendendis linea paterna, ac in matre, ratio dotandi non regulatur ab ordine succedendi.

Contraria tamen opinio verior videtur, quia sicut utriusque conjunctus favorem habet, exclusio consanguineo, succedendi forori ab intestato, ita ratio postulat ut habeat onus dotandi, ex regula, ut eum sequatur comoda &c. & ex alia ut qui in uno gravatur, in alio &c. Nihil obstat, quod in ista materia non attendatur ordo successiois, quoniam hoc est verum, ubi obstat in contrarium ordo præsertim qui lege, sed illo cessante, non prohibetur, eo modo quo regulamus tutelam, & alia, ita quoque illud onus ab ordine succedendi regulare; licet enim text. in d. l. cum in plures, obligetur utrumque fratrem, non tamen aperit ordinem, nec aperire cogitavit, quoniam tunc attentio illo jure, æqualiter utriusque causa in succedendo, ideo non mirum si æqualiter in dotando enunciatum sunt, & ideo cum per jus novissimum inter eos differentia sit constituta, propterea ex cessante ratione eadem differentia erit constituta; & que ponderatio satis confert ad onus fratres uterini de illo jure non admitti ad succedendum, ideoque merito exempti ab onere prædicto; ponderatio autem æqualis successiois ad fideicommissa est solus effectus agnationis, quam uterque conservat, & qua uterque in ordine ad ascendendum, vel alium majorem, qui fideicommissum constituit, est æqualis gradu, cum post fratres, ac fratrum filios non fit considerabilis differentia unicatitas, vel duplicatitas vinculi.

Quod autem de fratre erga sororem dicitur, idem dicendum est de una sorore erga aliam, Giurb. dicta gloss. 3. num. 59. qui indistinctè hoc firmat, sed videtur habenda ratio bonorum, quia si non habet nisi dotalia, non debet illorum alienatio permitti in præjudicium viri, cuius jus quæsitum constante matrimonio, ut per Barbo. d. sup. n. 134. nisi dotalia sint in excessu, ita ut in terris pietatis, vel iudicis arbitrium, in quo id repositum videtur.

A L I I C O N J U N C T I.

CONtendunt Doctores in patruo, vel nepote ex fratre, ac in amicum, vel neprem dotare teneantur; negant in patruo Odofred. in l. Cod. de lib. alien. Imol. Cuman. Alex. & alii in l. 1. sol. matr. ubi Barbo. eos reportans d. 4. p. 142. Boss. d. cap. 5. n. 95. & in tract. de alim. oblig. cap. 8. n. 584. Bal. Novell. p. 6. priv. 16. num. 5. Fontan. claus. 5. gl. 3. n. 38. Mant. de sociat. 12. tit. 16. n. 35. Giurb. ad consuet. d. cap. 3. gl. 3. n. 64. & alii relati. Rot. d. dec. 30. num. 2. & dec. 194. n. 53. par. 7. rec. que est eadem apud Dunoz. dec. 449. nulloque jure causum esse, ut quidem filium fratris, vel sororis dotare teneatur, ex Rip. in d. l. 1. sol. matr. n. 86. dicit Rot. dec. 336. n. 7. par. 6. rec. Affirmat verò post alios in d. l. 1. n. 4. Afflic. dec. 371. n. 3. Molin. de primogen. l. 15. c. 15. n. 67. atque hanc tenuit Rota in Romana alimentorum 3. Junii 1613. coram Manzanedo dicta dec. 30. num. 2. ad 8. part. 7. que est eadem Merlini 671. & in proposito alimentorum dicta dec. 194. eadem par. 7. alia dec. 449. Dunoz.

Articulus videtur boecardicus, eique resolutionem pendere puto ex facti circumstantiis, ex quibus prudens iudex arbitrari debeat, an saltem ratio supradictæ æquitas canonice intret, necne ratio pietatis; si enim patruus est divex, nullo, vel modico onere familia gravatus; ad hanc pietatem erga pauperem neprem aliunde desitituram cogendus rator; focus si quamvis idoneus, dotatio propriae proli & familia præjudicium considerabile pararet, si enim teneatur alere juxta magis commune latissimè firmatam d. decis. 194. p. 7. alia dec. 449. Dunoz. ad quam solam in hoc articulo sufficit relatio, ita pariter dotare, ut d. decis. 30. p. 7. num. 7. Maxime quia pro ista opinione judicatum in supremo Castellæ Conventu testatur Molina ubi supra, & in Sac. Consilio Neapolitano Afflic. etiam in Rota, ut ex allegatis; Decisio autem 336. num. 7. p. 6. incidit hoc dicit, in aliis autem ferò discussio articulo decidit pro dotanda ubi namque habemus legis civilis dispositionem expressam quamvis rigorosam, ab ea ex non scripta equitate recedendum non est, sed legis scriptæ casu cessante sit locus æquitati juxta quam judicandum, ex latè deduct. decis. 172. par. 6. rec. num. 57. & seq. par. dec. Merlini 567. ac in specie habetur infra de filio matrem dotante.

De nepote erga amitam, vel materteram in specie dotis adhuc actum non vidi, quia ferè casus raro contingibilis est propter ætatis ordinem interversum, pro negatvæ videtur obstarè, quod favorabilior est causa nepotis erga patruum ob beneficium, quod ei conceditur representandi primum gradum patris, quam amite erga nepotem, cui hoc beneficium denegatur; sed quoniam æqualitas, & vicissitudo videtur servanda, hinc propterea Doctores tractantes de alimentis præstandis per patruum nepoti, passim loquuntur etiam de converso abque differentia, ex latè congestis dicta dec. 194. p. 7. rec. alia dec. 449. Dunoz. Quinimo text. in cap. 1. de cohabit. cleric. ex quo definitur obligatio alimentorum inter collaterales, loquitur proprie de nepote erga amitam, ideoque idem quod in præcedenti casu dictum est, in præsentibus videtur firmandum.

De avunculo erga neptem, vel nepote erga materteram, neque tractatum vidi in specie dotis, pro negativa videtur respondendum, quoniam legales obligationes non sunt de facili extendendæ, maxime quia ubertim admittendæ veniret intellectus (minus tamen tutus) quod text. in l. si quis a liberis in illis verbis (æterioque virilis textus parentis) loquitur etiam de collateralibus, ubi restrictus ad conjunctos per virilem sexum, non debet ad alios extendi; pro ut text. in d. cap. 1. de cohabit. cleric. loquitur de amita non de matertra.

Verum ex eadem dicta ratione pietatis, & æquitas canonice, idem quod in patruo, & nepote ex fratre dictum est, quoties ita bene ordinatum iudicis arbitrium possit hanc dicendum puto, præsertim quia cum hodie ex jure novissimo equalis redditu sit conditio agnatorum, & cognatorum in successione, nulla ratio postulat ut in onere debeant esse inæquales si sint æquales incommodo; neque mirum est quod text. in dict. a leg. si quis a liberis, ex quo virilem est quod sexum tantum loquatur, quoniam eo jure attento inæqualis erit causa cognatorum cum agnatis etiam in successioibus, ultra verò istos certum videtur dictam obligationem ad alios collaterales non extendi.

F I L I U S.

Quamvis jure cautum non inventiatur filium matri secundo nubenti dotem præstare debere, quinimo potius de jure canonico non sublati, quatenus filium majorem non tenetur dotare matrem probet text. in l. 1. §. Preteritæ, ff. de tutel. & ad l. dist. ubi ad firmam communem n. 137. Surd. de adm. tit. 1. q. 22. num. 7. & seq. Fontan. claus. 5. gl. 2. n. 19. & seq. Giurb. ad consuet. Messan. c. 8. gl. 1. p. 1. num. 56. p. 7. rec. alia dec. 449. Dunoz. Add. ad dec. 460. n. 159. par. 4. Rec. tom. 2.

Atram in si mater sit juvenis, ac formosa, ita ut probabilis incontinentiæ timor prudentis iudicis arbitrio digno dendum superius dicta non scripta æquitate teneatur filius matrem dotare, quia sicut pro sustentatione vitæ teneatur ministrare dotem pro defensione honestatis, Rip. in leg. 1. sol. matr. num. 82. quem ab impugnantibus defendendo sequi-

tur Sura. dicta q. 22. ex n. 12. & firmat Bald. Novell. part. 6. priv. 16. numer. 5. Baeca de non melior. capit. 12. numer. 47. & sequen. Boss. d. cap. 5. numer. 36. Fontan. loco citata numer. 27. sequen. Giurb. ibidem, numer. 27. Mangil. de evict. qu. 7. num. 26. Add. ad dec. 460. par. 4. rec. tom. 2. n. 161. & seq. qui alios cumulant.

Collocatur tamen inter conjunctos ultimo loco filius, quamvis primum sanguinis gradum occupet, cum in omnium prædictorum defectum, atque totale subsidium teneri debeat, durum enim atque à ratione alienum esset cogere filium ad duplex præjudicium, patiendi nempe secundas nuptias sibi de jure injurias, ac remunerandi injuriantem, nisi præcisa necessitas cui aliunde non possit consilii, ad id cogat, intelligendo tamen de filio uti filio ex persona propria, non uti heredem patris obligato ad quartam uxori pauperi, juxta terminos text. in Auth. præterea, C. unde vir & uxoris; licet enim dicta ratio successiois contra eam urgeat, major tamen videtur dicta altera ratio abusu.

Omnia superius dicta regulariter procedentia in conjunctis legitimis, locum etiam habere in naturalibus tantum, quibus ex æquitate canonica debita sunt alimenta, plene firmatur d. dec. 30. p. 7. rec. fev. 671. Merlin. idque activè, & passivè, ut sicut nempe conjuncti divites dotant naturales inopes, ita e converso ratione vicissitudinis, habito tamen respectu ad interversum ordinem cognatorum, & agnatorum, cum in bastardis duret cognatio, sed non agnatio, ut supra notatum fuit.

Secum omnium præmissorum obligatio, exceptio patris, vel (juxta unam opinionem) avo paterno immediato, sit subsidiaria, & quatenus ita necessitas postulat; hinc proinde credere ipsi ita protestantibus, ac oppositibus, consensus esse, ut dotem dare possint revocabilitè, quatenus nuptia daret necessitas, tunc super venientibus bonis ipsorum mullieri, vel patri, vel alteri cuius proximior sit causa, vel obligatio dotandi, licet sit dotanti, vel ad bona sua habere regressum, vel agere pro reintegratiois; sicut enim obligatus ad alimenta non tenetur perpetuo, nisi quatenus duret necessitas, ita à pari, & quemadmodum omnis dotans ut supra, excepto casu, quo dos succedat loco legitime, potest sibi consulere de pacto reversivo post locum matrimonium, quia tunc cessat causa dotandi, ita pariter eo constante quando eadem ratio cessantis necessitatis viget, dari enim aliis frequenter poterit casus, ut patre de tempore nubilis ætatis puella existente inope, cogantur remotiores conjuncti dotare, atque deinde super venientibus paternis divitiis duplicatam superfluum dotem consequatur; vel frequentius, ut habens matrem divitem cogat avum paternum, vel alium paternæ lineæ ascendentem ad dotem subsidiariam ex debito charitatis, paulò autem post matre moriente dicitur ipsa dotata, quam dotans; hæc autem repugnant rationi æquitatis, & charitatis, in qua obligatio subsidiaria fundata est, ergo non videtur, cur talis dotans non possit sine indemnitate consulere, ut etiam advertitur infra, disc. 145.

D E A L I I S E X T R A N E I S.

SERVANDUS est ordo prædictus, ubi de dote juxta solam rationem sanguinis, vel pietatis agi continet; recedunt tamen ab eo ex accidentibus, que plura contingere possunt, ut remotior, vel extraneus prius quam proximior ad dotem teneatur. Primus igitur casus est in puella pro aliquam arrogata, vel legitime adoptata, quæ si ius legitime & alimentorum habet in bonis adoptantis ad instar filii legitimi, & naturalis, ex deduct. per Boss. de adm. c. 59. n. 22. & per Merlin. de legit. l. 1. tit. 2. q. 2. hinc proinde tanquam pater teneatur ante alios dotare; sola verò quæstio esse potest inter patrem naturalem, & adoptivum, æque terminanda juxta terminos legitime.

Secundus casus est, ubi dicitur ab intestato mulier esse successura, sed remotior agnatus eam excludit, tunc enim licet defunctus non sit ex obligatis dotare, attamen videtur, quod excludens ex quadam æquitate mulierem excludam dotare debeat, ut ponderat Mant. de raon. l. 12. tit. 16. n. ult. ad quod conferunt notata per Harthman. Pistor. l. 3. q. 1. n. 37. & Rosenth. de feud. c. 8. concl. 47. ubi habetur, agnatum quamvis remotum in seculo succedentem, de æquitate teneri in subsidium dotare feminam à fendi successione excludam, de quo etiam infra, disc. 146.

Imò & Dominum, cui feudum ob ultimi masculi deficiencia aperum est, ad idem opus erga feminam in subsidium ex charitate teneri, firmant mox allegati, & in Regnis utriusque Siciliae sufficit, ubi femina esset in seculo successura,

tura, ut per masculum excludentem sit dotanda de paragio habetur apud A. mat. var. ref. cap. 2. l. 2. cum aliis infra, d. dist. 146. licet illud jus ex Constitutione Regni quae incipit, in aliquibus, non sit verificabile, nisi in fratre & nepote ex fratre, vel ad summum in patruo, non ultra.

70 Tertius casus est in occisione patris, qui ultra penam criminalem, loco damnorum & interesse civiliter teneatur ad dotandas filias occisi, Plot. inter confessor. divers. 73. nu. 53. l. 3. & de in litem juran. §. 4. n. 8. Ludov. dec. Lucen. 62. nu. 26. Fatinae de homic. qu. 19. numer. 105. Atque iste tanquam occupans locum patris secundo loco ad instar heredis ejusdem ante alios videtur firmandus; taxatio autem, & an ad totam dotem, vel ad partem teneatur, pendet ab arbitrio iudicis, inspecta aetate, valetudine, industria, aliisque circumstantiis occisi, ex deduct. per Farin. ubi supra, ex num. 193.

71 Quartus casus est in deflorante puellam, qui cum, vel in uxorem ducere, vel dotare teneatur ex dispositione text. in c. 1. de adult. in 6. Quomodo autem stuprum probetur, & de illius materiis, hic non agitur, utpote extra materiam, sed videtur potest apud Farin. de delict. carnis q. 147. ex nu. 97. Fontanell. claus. 5. p. 1. & 2. Cancelet. l. 3. var. cap. 11. de spons. ex num. 25. Boss. de matr. c. 1. ex numer. 17. & 97. Theaur. decis. 3. Rot. dec. 74. post l. 1. vol. consil. Farin. quae est Penia 74. juxta Lugdunensem, & 54. juxta Venetam; solumque aliqua praestabilia notabiliora strictè circa materiam dotis, hic adnotasse sufficiat.

72 Primum igitur notandum, quod quiquid rigor literæ textus in dicto cap. 1. importare videatur, atamen ejus dispositio, non copulative, sed alternative intelligenda venit, ut nempe non teneatur supurator precisè ducere, a neque ad id cogi possit, sed sit in ejus arbitrio non ducere, sed dotare, quod etiam est in arbitrio puellae, quae potest recusando supratorem in virum, cogere illum ad dotem, Farinae ubi supra, numer. 98. & 105. Fontanell. numer. 8. & 11. Boss. numer. 23. Rota dicta dec. 74. numer. 3. coram Penia ubi ceteri.

73 Secundò quamvis plerique scribentes, praesertim Diaz. in praxi criminali. canon. capit. 83. verbo Stuprum, num. 8. Cancelet. dicto c. 11. numer. 22. & 24. Pequer. dec. 43. ex num. 5. Boss. numer. 24. velint, supratorem non teneatur ad totam dotem, sed solum ad illud plus, quod pro defectu deflorationis compensando, necessarium sit ad aequales nuptias invenientias, quasi quod non exinde liberetur pater ab eo onere, quod haberet si filia deflorata non esset, ac propterea si ducere eligat, sibi dos congrua, quae alias pro incorrupta constituenda erat, sit praestanda.

74 Contrarium tamen, saltem in foro fori, verius videtur, quia si eligat ducere, debet eam indotatam habere, quinimo & congruam dotem ei constituere, si vero eligat dotare, totam dotem necessariam praestare debet quamvis excessivam, ac solito majorem propter dictum corruptionis defectum compensandam; & sic primus casus in hoc differt à secundo, quod primo ad solam dotem congruam tendit, ac si viro esset, teneatur, secundo autem etiam ad excessivam, ut ex mente Canonistarum in eodem c. 1. Covarr. in decretal. y. 2. cap. 6. §. 8. numero 15. Fatinae ubi supra, numero 129. Menoch. de arbitr. casu 188. numero 18. & segg. Fontanell. numer. 16. Rot. dicta dec. 74. coram Penia numer. 3. Ciurb. ad consuetud. in cap. 3. glof. 7. part. 1. numer. 31. Ubi quod teneatur etiam ad eum excessum, qui necessarius est pro supplendo defectu corruptionis; pater enim in compensationem passæ injuria, relevatur ab hoc onere, quod propterea in supratore non est subsidiarium, sed simpliciter debitum, etiam si suprata sit aliunde provisio, atque circa obligationem dicti excessus non displicet consideratio Covarr. ubi supra, quod si supratore est equalis, & velit eam ducere, puella vero, vel ejus pater sine causa recuset, teneatur tantum ad dotem congruam, ad quam teneatur, si ipse duceret, cum cessante justa causa recusandi, non videtur culpa recusanti remittenda.

75 Tertio non possit mulierem supratam habentem patrem remittere supratore hoc jus petendi dotem, cum poena imposita sit in compensationem injuriae irrogatae nedum ipsi, sed parenti, Farinae numer. 117. Fontanell. numer. 19. Theaur. d. dec. 21. Quid ego puto ampliandum, ut nedum expressè, ac directè ad fieri valeat, sed nec etiam tacite, ac indirectè, puta fatendo se non invitam, vel seductam, sed spontaneè defloratam, maxime ubi probabilis habet suspicio coactionis, vel seductionis, quia nisi confessio admittitur falsatur, non videtur apta praedicare tertio qualis est pater.

Et quamvis pater hujusmodi confessione accedente, vi-

deatur etiam ab onere dotandi liberatus ob filiae turpitudinem ab ipsa confessatam, atamen si ea non habet aliunde, remanet adhuc patri onus alimentorum, cujus respectu fraudari potest, & hoc in ordine ad patrem; in ordine vero ad alios dotantes, cum omnium onus sit subsidiarium, si mulier tacite, vel expressè supratore hoc onus remittat, utique privata remanetque petendi dotem ab aliis, quia subsidium non meretur, quae habens aliunde provisionem, illam spernit, vel factò proprio amittit, ut infra in materia Auth. res qua, dist. 145.

76 Quarto sentiunt plerique, defloratam etiam ante nuptias ducem petere, & consequi posse, imò & si nullas contrahat, Lup. de illegit. comment. 1. §. 5. numer. 12. latè Cancelet. dicto cap. 11. ex num. 133. & Boss. dicto cap. 1. ex nu. 106. Alii vero tenent hoc onus esse conditionale, quia cum text. loquatur de dote, non datur hæc sine matrimonio, plenè Borgin. dec. 10. numer. 38. part. 3. & in reposit. decisio. verbo Matrimonium, num. 7. Farinae. num. 123. Bajard. ad Clar. §. suprum. numer. 24. Fontanell. ex numer. 86. ubi prudenter, ac pie temperat hanc secundam sententiam, ut intelligenda veniat respectu exactioris, non autem constitutoris, ac depositi, ad quae firmat supratorem incontinenti cogi posse, nec cum suprata occasione nubendi habeat, cogatur suscipere litem, ob quam certè nunquam virum inveniret.

77 Hæc autem sententia ita temperata, rationi, & æquitate videtur magis consonantia, proindeque in foro amplectenda, ut aliquando vidi præcavimus; durum enim esset, ut mulier deflorata, quae postmodum de nuptiis non curat, ut forè liberam, ac luxuriosam vitam ducat, istud magnum præmium deflorationis consequatur, poena siquidem ita rigorosa per canones supratore adjecta est, non pro feminae præmio, sed pro restauranda fama, & injuria tam ipsius, quam parentum, & consanguineorum, quibus ex futuro matrimonio redde consiliatur, neque valet ratio Bossii num. 110. quod cum de facili puella ob istud defectum non inveniri virum, sequeretur inconveniens, quod supurator impunitus remaneret, tum quia iste casus non est contingibilis, dum juxta notissimam praxim, excessus dotis de facili sanati istam plagam; tum etiam, quia non desunt alia remedia, cum quibus futura honestas, ac parentum fama consulti potest, vel ingressum nempe in Monasterium, vel Conservatorium.

78 Benè verum, quod si deflorata vitam liberam ducere eligat, non per hoc supurator omnino immunis à poena remanere debet, sed estimationem passæ injuriae mulieri, prudentis iudicis arbitrio ex facti circumstantiis regulando, solvere; Prout si hæc nolens ingredi Monasterium, alium vivendi modum honestum ad instar Biguinarum, seu Bizogharum eligat, tunc loco dotis, ad quam annuum subventionem iudicis arbitrio praestandam cogendus videtur; sed si parentes, vel consanguinei non expectata dote consequenda à supratore, puellam stipendium collocent, ac dotent, non per hoc remanet ipse liberatus ab obligatione, ut probant Cancelet. part. 3. variari. cap. 11. numer. 22. & segg. Fontanell. de patris. claus. 5. part. 1. numer. 107. Bottiglier. de success. ab intest. claus. 5. numer. 8. Boss. dicto cap. 11. numer. 100. & segg. Solumque isto casu intraret questio, an hæc alia dos praestanda per supratorem, cedat commodo mulieris, vel dotantis, qui animo repetendi ita dedisse censetur, de quo alibi agitur.

79 Quintò, si supurator si filiusfamilias non habens unde dotare, pater vero supratosis sit idoneus, tunc videtur patrem posse cogi ad probandum dotem praedictam imputandam in filii legitimum, ut refert declinam Fab. in C. libr. 4. tit. 9. de finit. 3. coaque relato Paschal. de part. potest. part. 2. cap. 3. numer. 53. quod non est à ratione alicuium, quoniam si aliqui volunt, licet minus probabiliter, posse sicut à patre pro filii viventis delicto legitimam capere, fortius requiritur suggerit, ut pater ad hujusmodi praeventivam legitimam partem teneatur, æquitate tamen fradente juxta prudentis iudicis arbitrium, ac attentis facti circumstantiis, itaut pro exercenda æquitate cum muliere, non exerceatur iniquitas cum patre, qui fortè familia gravatus magnum ex hoc onere præjudicium patiret, vel nisi ipsemet filiusfamilias supratore filios haberet, quia tunc sicut fisco in casibus aliis permittitur advocatio legitime denegatur, juxta deducta apud Surdum dec. 167. & 314. ita à pari videtur de hac circumstantia pro iudicium prudentem ratio habenda.

Sextò tandem, observandum est hæc omnia procedere in

in virgine honesta coacta, vel seducta, non autem in voluntarie se prostituente; verum tam virginitas, quam honestas, ac seductio in dubio praesumuntur, Rot. dicta decis. 74. & alius sup. apud quos de aliis ad materiam videri potest de taxatione autem hujus dotis habetur infra, dist. 144. ubi de hac materia taxat.

80 Raptor etiam puella: inter alias poenas hanc incurrit, ut dotare raptam teneatur, five ducat in uxorem, five non, Farinae. quest. 14. §. num. 17. Cancelet. dicto cap. 11. numer. 24. Fontanell. dicta claus. 5. glof. 6. num. 1. Boss. c. 13. numer. 41. Barboli Jun. in collectan. ad Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 6. arque iste casus eisdem terminis, quibus praecedens, est regulandus in omnibus, & quando sit raptus, in sua materia sub tit. de matrim.

81 Post istos, inter extraneos dotantes sicut Doctores vassallum concurrere debentem in dotatione filiae, vel sororis Domini, & socium in dote filiarum socii; Sed incongruè illi dicuntur dotantes, siquidem vassallus non datur Dominum, vel filiam Domini, sed tantum dotanti præstat adiutorium, seu contributionem pro dote; prout socius non datur filiam socii, sed pati teneatur consocium extrinsecum habere impensam posse detrahere, ideo cum utriusque casus explicatio longam inspectionem postulet. atque revera materiam dotis non percipiat, sed potius illam societatis, ac fructuum sedis, propterea de debito per vassallos videri poterunt, Fontanell. dicta claus. 5. glof. 4. ex numer. 13. Paschal. de part. potest. part. 4. quest. 10. numer. 25. Capobli. de Baron. pragmat. 1. ex numer. 86. Ciurb. ad consuetud. dicta glof. 5. c. 3. Franch. decis. 42. & 215. Thor. in compend. decis. verb. adiutorium, Caponius solutio matrimonii. quest. 1. Et de socio contribuyente, Fontanell. dicta glof. 4. ex numer. 1. Felice. de societ. cap. 26. Menoch. consil. 375. Surd. cons. 488. & 534. Thomaz. decis. 64. Gratian. de cept. 643. numer. 14. & 904. numer. 16. Caponius ubi sup. latè Michalor. de fratribus. part. 2. cap. 28. Boss. de dote. cap. 5. numer. 103. cum segg. qui ad avaritatem allegant alios materiam tractantes.

82 Collocat etiam tutorem in numero dotantium, Fontanell. claus. 5. glof. 7. numer. 1. segg. sed vera hic talis immerito dicitur; licet enim tutor, & curator obligatus ad omnia ea, quae pupilli, vel minoris rectam administrationem respiciunt; teneatur congruo tempore puellam vel ejus cura existentem congruè collocare, non tamen teneatur de suo dote, ideoque ad dotandum obligatus dici non potest, ejusque obligatio potius dignam puellae collocationem pro suo munere, quam dotandi obligationem percipit.

83 Item inter dotare obligatos constituitur etiam eadem mulier, quae facultatis idonea, & absque dote nuptiae dotare compelli valeat, quod tamen cadit sub materia, seu questione, an mulier simpliciter nubendo censetur, omnia ejus bona dedisse in dotem, vel ad eam dotem cogi possit, de qua videri poterunt Barbat. de divers. fruct. y. 2. c. 3. n. 88. cum segg. Boss. de dote. c. 8. n. 86.

84 Omnes præfati dicuntur dotare obligati ex dispositione juris; adeo verè etiam obligatio dotandi resultans ex dispositione hominis, puta ex contractu, vel ultima voluntate, atque circa istam certam regulam generalis tradi non potest, cum totum pendeat ex factis, & qualitate dispositionis, solumque de quatuor principaliter dubitari contingit, & in quibus consistit ferè tota materia dotis debite ex dispositione hominis; Primum nempe, an dispositio ordinata pro matrimonio carnali debet sortiri effectum pro spirituali, vel e contra; Secundò, an eadem suffragetur jam nuptis pro eisdem, vel tertioribus nuptiis; Tertio, an & quando dispositiones istae sint purae, vel conditionales, ad quamplures effectus inde resultantes; & quarto, an conditiones hujusmodi dispositionibus adjectae sint attendendae, vel potius eis rejectis dos peti valeat, de quibus in suis locis.

85 Inter dotes autem debitas ex dispositione hominis, frequentè est illa, quae puellis in præmium famulatus promitti solet; circa quam illud notandum est, quod ex Navarr. observat Sanchez de matrim. libr. 4. disp. 24. numero 12. quod ancilla, cui sub conditione honesti servitii per novennium promittitur dos centum scutorum, si expleto novennio, ad hunc perit dote; tum quia promittens fuit in mora tradendae ancillam viro, cum jam annos 25. explevisset; tum etiam, quia conditio honestatis intelligitur durante novennio, & non ultra, per lapsum enim temporis præfati purificata est conditio obligationis, per quam perfectum, ac

irrevocabile jus quaesitum fuit ancillæ, de cujus honestate post adimpletam conditionem, non pertinet ad dominum quaerere.

86 Qua ratione attenda non puto curandum fore, an puella dictam aetatem 25. annorum ex cesserit, necne, quia cum dos debita sit ex causa onerosa, & tanquam præmium servitii, non autem ex charitate, vel benignitate legis, hinc proinde corrupta pudicitia non videtur apta ad tollendum jus quaesitum, nisi ad limites pacti, ac adjectæ conditionis; quinimo si conditio durante ancilla ex muliebri facilitate, quae major, ac frequentior est in hispuellis alieno servitio addictis, stuprum patiatur, vel alias durante tempore convento è domini domo, ac servitio discedat, neque videtur præmio famulatus in totum privanda, quoties dos, quam in fine servitii promissa est, adequat probabiliter illam summam, quam conventi temporis salarium consuevit constitueret, quia tunc conditio non videtur adjecta substantiæ, sed executioni, seu solutioni, cum in singulos dies, menses, & annos ancilla interveniens jus ad mercedem quaesierit, unde propterea illi debita erit rata temporis decursi, non obstant quacumque captiosa conditio, quae per veritatem de pauperum sanguine, ac labore vivere, & sumpptibus curipentis, adjecta sit cum simpliciter muliercula ad hæc non advertente; maxime quia puella se alieno famulatu sub spe dotis addicentes, ut plurimum sunt aetate minores, quibus saltem ex capite restitutionis in integrum est succurrendum; Socus autem, si dos post completum servitium, aliisque servatas conditiones promissa esset excessiva, atque mercedis consuetam quantitatem longè excederet, tunc enim, quia domini commodum in consequendo gratium servitium ab ancilla conditionem non implente compensatur cum onere, cui subjacet solvendi majorem summam, quatenus conditio impleatur, & è converso hoc onus, seu periculum compensatur cum lucro reportandi majus momentum, idcirco videtur in casu inobstantiae in totum repellenda, quia conditio prædicta videtur pars pretii, cum quo dotis quantitas aliis non debita compensatur; neque ratio postulat, ut dominus, qui suscipit incommodum præstandi dote excessivam post impletam conditionem, non debeat sentire commodum ex conditionis non implimento resultans, & sic è contra, ad regulam text. vulgatis in leg. secundum naturam, ff. de regul. jur. Quare materia tota refidere videtur in prudentis iudicis arbitrio regulando ex facti circumstantiis, & an commodum sit proportionatum periculo, & è contra.

87 Sed quemadmodum parentes, aliisque personas hic recensitas, quamvis invitae cogi possent ad dotandas feminas dictum fuit, an è converso feminæ, quamvis invitae cogi valeant ad dotem recipiendam, ad effectum, ut tanquam dotatae arceantur à successione, aliisque commodis, in quibus dotatio præjudicat, habetur in materia feudorum super exclusionem dotatae ob non dotatam.

88 Ordo autem prædictus in dotandi obligatione firmatus, nedum prodest circa dotem constituendam, ut prius ab uno, quam ab altero peti possit, vel debeat, quod sæpè discussit, ubi adsumit fidei commissum majorum, ut ad materiam auctor. quæ, Cod. commun. delegat. infra, dist. 145. sed etiam quoad dotes constitutas, an scilicet constitutio facta per remotiorem censatur facta fidei iussorio nomine proximioris, cui prius onus incumbit, & in subsidiario, quatenus ille non impleat munus suum, seu animo ab eo repetendi, de quo dist. 153. & segg.

IPSE PUELLE DOTANDA.

89 Quo verò ad alium ordinem tenendum inter plures dotandas, cum parum frequentes in foro sint istae questiones, ideo non mirum si rari sint eum tractantes, dum neminem adhuc videre licuit de illo specialiter dissentientem, impossibile siquidem est, ob copiosum scribentium exercitium in hujusmodi praesertim insolitis materiis, singulorum dignoscere eruditiones, ac individua, quorum notitia sæpè sæpius partus est casus, & fortunæ; verum quia ob questionis possibilem contingibilitatem hæc inspectio non videtur spernenda, imò quominus agitata eo magis tractanda, idcirco ad illius determinationem erit procedendum per regulas, ad quas in subsidium specialium decisionum est recurrendum, exemplo majorem nostrorum, qui legis casu deficiente, ita totæ questiones nobis decisas reliquerunt; quoniam autem assignare determinatam prælationis regulam in singulis est impossibile, nam infinitæ sunt singulares conditiones, quas ad hunc effectum pensare debemus, proinde-

indeq. sub arte non cadunt. Præposit. in cap. non satis 86. di-
stinct. num. 2. Surt. de alimentis lib. 1. quæst. 92. numer. 1. hinc
proinde plures casus distindere considerate oportet, ex quo
rem determinatione in similibus iudex arbitrium poterit regu-
lare.

91 Odo igitur casus veniunt distinguendi. Primus est in pa-
tre vivente. Secundus in hereditate paterna; Tertius in fi-
dei commissio antiqua; Quartus in aliis conjunctis ex pietate
obligatis. Quintus in dote debita uni ex pluribus determi-
natis personis ex hominis dispositione; Sextus in debitis ex
eodem hominis dispositione pluribus incertis de certis; Se-
ptimus in pluribus incertis de incertis; & Octavus in dote
pamali debita per supertorem, vel raptorem.

92 Primus casus subdividendus est inter patrem facultati-
bus idoneum ad omnium filiarum congruam dotem suppe-
ditandam, & patrem providere idoneum, qui unam, vel plures,
sed non omnes dignè providere potest; ubi omnibus potest
esse provisum, modica subest occasio litium, que sequenti-
bus a paupertate inter conjunctos generatur, ideoque cum
omnes sint de suo iure tunc, ita ut sola controversia sit ordi-
nis, non videtur ita conagrandum arbitrium patris, de
quo lex valde confidit, ut malum consilium pro filiis non
capiat, ceterum si pater aliqua iusta ratione ductus, præ-
cipue ordinis turbationem congruam putaverit, quia nempe
prompta se offerat occasio, que omnia non de facili inve-
niuntur similibus, bene collocandi secundogenitam, quam
ob aliquos animi, vel corporis dotes vir qualificatus petat,
vel quia secundogenita ob aliquod accidens honestatis
periculo sit magis subiecta, ita ut ejus collocatio celeritati
desideret, tunc irrationabile videretur arcere patrem
ad servandum ordinem nuptiarum, cum satis incon-
moda frequentius reddatur duarum filiarum eodem tem-
pore collocatio, proindeque in concursu præferenda est illa,
cujus nuptiarum dilatio iuxta facti circumstantias majus
præjudicium est partura, atque inter probabiles ordi-
nem mutandi rationes rectè sitanda videtur ea, que
ipsius primogenitæ favorem, ac majorem dilectio-
nem percipit, quia nempe feudatarius masculis carens
secundogenitam prius maritando, vel primogenitæ in
capillo existenti feudum successorem præservare, juxta
ea, que habentur sub tit. de feud. dist. 14. vel similiter,
quare iusta causa accedente videtur paterno arbitrio dese-
rendum.

93 Si verò facti circumstantia nulla concurrant hujusmodi
ordinis interversionem justè suadentes, contrariam regu-
lariter dicendum videtur, ut nempe rectè se opponat primo-
genita, si quæ dotes priorem constitutionem petat; tum
ex regula, ut qui prior est in tempore, potior sit in jure; tum
ex altera, quod antiquior est obligatio patris erga primo-
genitam, ideoque prius exsolvenda, quas juris regulas in
similibus terminis concursus alimentorum inter patrem, &
filium attendendas esse, rectè admonet Surt. in eod. tract. tit.
1. quæst. 94. numer. 14. & 15. & in præcis terminis nostris
concurfus plurium filiarum ad dotem firmavit Rota coram
Orthobono dec. 15. num. 20. & seq. licet enim regulæ præ-
dictæ de juris censura neutri ex dictis casibus videantur ap-
plicabiles, quoniam prioritas temporis, vel obligationis
attendenda est inter hypothecarios, secus autem inter per-
sonas, quales censendi sunt agentes pro dote, vel alimen-
tis officio iudicis; at tamen, vel à paritate rationis, vel ita
naturali dictamine, ac æquitate suadente, rectè videtur
intrare, nam cum primogenita ab instanti nuptiarum jus ad
dotem, prioremque collocacionem contra patrem quodam-
modo quæsitæ dicatur, inultum videtur, ut per sequen-
tium filiarum nuptiarum tale jus quæsitum sibi tollatur, ut
in similibus terminis alimentorum, ex Præpos. in cap. cum
haberet, n. 7. de eo, qui dux in uxorem observat Surt. dicta qu. 94.
numer. 14. in fine, & in terminis nostris Orthoboni ubi sup. &
sicut primogenitæ privilegium in Regorum, feudorum,
vel primogenitorum successibus à natura concessum, facti
parentis regulariter tolli non potest, ita neque videtur
istud auferendum, cum iusta causa cessante, negari non pos-
sit ordinis perversionem primogenitæ satis præjudicialem
fore, tam ratione iniuriæ, qua quodammodo affici videtur,
quam ex eo, quod multa interim contingere possunt, ob
que suum jus certum, ac tutum, reddi potest dubium, vel di-
minutum.

94 Ubi verò non est omnibus consilium, quia nempe pa-
terna substantia idonea est dignè collocacioni aliquarum,
sed non omnium filiarum, tunc minus dubitandum est
ordinem omnino servandum esse, quia majus est præju-
dicium ex illius turbacione resultans; verum alia diffi-

cultas est, an filia valeant se opponere majoris natu dota-
cioni per quam diminuta substantia paterna, non remaneat
eis provium, ac instare pro æquali bonorum distribucione,
& verius videtur per hujusmodi oppositionem non esse impe-
diendam dotacionem primogenitæ, quoniam sicuti filii ra-
tione legitima, quam in bonis patris possunt sperare, cessante
casu pura dissipacionis, non se opponunt alienacionibus,
vel hypothecis per patrem contrahendis, ita à pari non vi-
detur licitum esse hujusmodi dotis constitutioni tamquam
justissime alienacioni se opponere, neque inducenda sunt
onera, vel restrictiones, ubi lex non induxit, cum igitur lex
aliis filiis adversus dotem uni filia constitutam aliud reme-
dium non tribuerit, quàm illud revocationis ad mensuram
legitimæ per actionem de inofficiosa dote, hinc proinde id
eis debet sufficere; & quidem effor inducere quoddam indi-
rectum vinculum viduitatis, quia si facta proportio ab illi
assignacione, illa portio dignis nuptiis non sufficeret, tunc
vel indignas nuptias, vel viduitatem omnes filiae ita pati
tenderentur, quorum utrumque est absurdum; consulendum
igitur videtur de præsentibus illis, quarum honestas con-
siliū petit, neque pro aliis, que possunt expectare, des-
peranda est Divina providentia, cujus beneficio, vel pa-
ter litari poterit, vel multa interim contingere, ob que
illis etiam provideatur, saltem implorandis iudicis officio
contra alios conjunctos in patris defectum obligatos; Sanctius enim est aliquas de præsentibus providere, sperando
pro aliis providentiam Divinam, quam hac desperata, omnes
relinquere non propterea, ut ex duobus malis, quod minus
est eligatur, arbitrio tamen prædictis iudicis ex facti
circumstantiis regulando, in quo tota hæc materia reposita
videtur.

Secundo casu concursus ad hereditatem patris defuncti,
attentis terminis juris communis nulla superest difficultas,
quia cum filibus jus legitime successione delatum sit, quæ
libet esse debet sua portione contenta, quam non sufficientem,
curet aliunde sibi providere, ab instanti etenim mortis pa-
tris jus cujuslibet quæsitum est in sua portione, quam alte-
ra foror tollere non potest, atque isto casu intrant potius
termini familiae erigendæ, ut singula propria bona digno-
seant, quam termini dotis constituendæ.

Difficultas autem esse possit in terminis Statuti exclu-
dentis feminas simpliciter à successione, ita ut remaneat
patri extraneæ, reservato tantum jure dotacionis; & tunc
si hereditas est omnibus idonea, ita ut sola controversia
sit ordinis, videtur dicendum idem, quod in prima par-
te casus præcedentis; si verò hereditas non sufficit, &
tunc, quia non valentibus hereditibus patris congruè dota-
re, justè feminis aspirandum ad virilem, perinde ac si es-
sent masculi, idcirco videtur cultibus sua virilis assignanda
juxta terminos juris communis; cessat enim ratio in præ-
cedenti casu ponderata, nempe ut non sit prohibendum
patri, qui liberam habet suarum rerum administrationem,
& arbitrium, ne de bonis suis in causam adeo justam dispo-
nere valeat; ac etiam, quia cessat spes, ut pater possit inte-
rim ditari, vel divinæ providentiæ beneficio assequi mo-
dum providendi; ac etiam, quia patre defuncto æqualis fa-
cta est causa omnium filiarum.

97 Tertius est casus plurium concurrentium ad fideicom-
missum antiquum. & tunc si bona omnibus non sufficiunt,
videtur respectu plurium ejusdem gravati filiarum deciden-
dus, ut primus; siquidem gravatus, donec restituatur condi-
ticio purificetur, juxta veriorum sententiam dicitur bonorum
fideicommissario verus dominus, versus possessor. l. si-
lii. & leg. filius heredes, ff. de usufruct. Peregr. de fidei-
commiss. art. 4. numer. 6. Molin. de primogeniti. lib. 1. capit. 19.
numer. 4. & seq. Rota dec. 200. numer. 13. part. 5. recent. & plures
sub tit. de fideicommissis, & sub tit. de feudis ad Bullam
Baron. in hoc autem dominium prædictum ab eo rei proprie
dissent, quod non habet eam liberam alienandi, & dispo-
nendi facultatem, quam de suis bonis habet, præterquam
in casibus, in quibus alienare, vel disponere de jure sit per-
missum; unde cum in causam dotandi propriam filiam pa-
renti gravato permissum sit bona fideicommissaria, aliena-
re, ut in locis proximè citatis, idcirco tali casu bona fidei-
commissaria censenda erant tanquam propria grati-
vati, atque idem, quod in bonis ejus liberis est superius di-
ctum, videtur pariter hic dicendum; sicut enim si
avus, vel alius ascendens fideicommissi ordinatorem vive-
rent, eundem ordinem teneretur servare, ut in præ-
senti.

Verum si feminæ concurrentes sint diversæ lineæ, seu
ordinis, videtur attendendus ordo succedendi, ut nempe
illa

illa femina debeat prius dotari, quæ si fuisset masculus,
prius, quam altera in fidei commissio successisset, ex jam di-
cta ratione, quod jus per temporis prioritatem prius nata
quæsitum tolli non debet per subsequentem alterius na-
tavitatem; & quemadmodum si obventis bonis in primo vo-
catum cum facultate disponendi in certis casibus, sequens
in gradu conquiri non potest, si præcedens in causam li-
citam alienat, ut contingit quando intraret Bulla Baro-
num, ita a pari; unde præterea foret, vel filia fideicom-
missarii prædecessoris præterita videtur filia fideicom-
missarii actu possidentis, si ea nata sit priusquam fideicom-
missum huic ultimo esset apertum, quoniam si ipsa fuisset
masculus, illum excludisset in toto si esset proximior, vel
saltem in sua virili si esset æqualis, & sic deinceps.

98 In quarto casu plurium concurrentium pro dote contra
alios conjunctos, si conjunctus ad dotem obligatus est om-
nibus idoneus, dicendum idem, quod in præcedentibus circa
ordinem est dictum; si verò dicta idoneitas cessat, atten-
denda venit prioritas gradus; potius enim quæ fortorem,
quam nepem, vel amicam dotare debet, quamvis remota
tempore esset a maior, quoniam charitas eam debuit ordi-
nem proximitatis postulari, ut in concursu magis proxi-
mioribus, quam remotioribus benefacere teneatur, ex
congregatis per Surt. de alimentis, tit. 1. q. 93. num. 2. & per tot.
data verò equali proximitate, si ætas est valde inæqualis,
quia nempe una sit supra nubilem, neque diu valeat expe-
ctare, illa prius providenda videtur, quam altera, que po-
test expectare; irrationabile siquidem videtur, ut expectan-
da sit potius immatura ætas unius, quam non consulendum
imminentis periculo alterius; sed si ambo, vel plures sint
æque nubiles, tunc tota materia residet in iudicis arbitrio
regulando ad instar eorum, que per beneficium notari so-
lent in beneficiorum prælatione inter plures ejusdem gene-
ris ad idem beneficium concurrentes; ac eorum, que in
elemosinarum distributione colliguntur per Surt. dist.
quæstion. 93. ut nempe consulendum sit minus pro virg.
magis que periculosa iuxta facti circumstantias; si enim huius-
modi sit dote constituto debita est officio iudicis, huius etiam
erunt partes in videndo, quomodo officium debear
impartiri.

99 Quoad quintum casum unice dotis ex hominis dispositio-
ne danda uni ex pluribus personis determinatis, pura man-
dat Titius dari mihi pro dote primæ filia, que ex filiabus
Sempronii maritatis, que intrant inspectione, una est
ad effectum educationis, an scilicet dispositio tanquam
personalis de filia primo nata, ea mortuæ, seu non habentem
caducatur, vel potius intelligenda sit de filia primo nu-
berentis fuerit in ordine nuptiarum; altera si pater possit
in præjudicium primogenitæ maritæ secundogenitam, ut
in ista condicio purificetur.

Circumstantiam, Romanus consil. 408. censuit intelligen-
dam esse de prima filia in ordine nuptiarum, ita ut ea non nu-
bente legatum caducatur; contrarium in eodem casu indi-
viduali decisivè tenuit Imola consil. 113. & hoc verius, ma-
gisque dispositio voluntatis conforme dixit Sim. de Præ-
de interpretat. ultim. volum. lib. 4. interpret. 1. dubit. 9. numer.
14. ac plene firmat etiam in puncto idem consil. 96. & sequen-
tia est Rota in Assisen. dotis 29. Aprilis 1630. coram Veto-
spio, apud Gillian ad Statut. Persy. dec. 118. num. 2. &
seq. & in allegata dec. 15. Orthoboni, quoniam dispositio
censetur potius ordinata ad unam ex filiabus in genere intitu-
tu partu pro eo sublevando, quam intuitu ipsius nubendæ, ni-
si aliunde per veras probationes, seu vehementes coniectu-
ras constaret de contraria dispositionis voluntate, quo casu
videretur concurrentem in sententiam Romanam, quando
facti qualitas particularis ita suaderet.

Circa verò secundam inspectionem ordinis, ex eisdem
rationibus, quibus dictum est in dote debita per patrem
iudicis officio non posse ordinem prætermitti, videtur
fortius dicendum in præsentibus, ut in specie dixit Rota in
dicta dec. Orthoboni, verum quod in casu contingen-
tia melius discussa materia, videtur forte verior altera
sententia, quod nempe licitum esset patri ordinem do-
tandi inter filias præterire, tunc veniret dicendum idem in
isto casu, quoties versamur in dicto præsupposito, quod dis-
positio non sit personalis, sed intuitu, & contemplacione
patris, dum relicta ab extraneo filia intuitu paterno, nil dif-
ferat à dote profecticia, seu fidei dispositio sit personalis fa-
vori ipsius femine dotandæ.

Sed si de facto, postposita primogenita, pater secundo-
genitam maritaverit, cum occasione educationis, dictum
sit regulariter istam dispositionem non esse directam ad
Card. de Luca, Lib. VI.

certam personam, sed respicere prioritatem nuptiarum, vi-
detur secundogenitæ apertam esse consequacionem legati,
cum in eius persona primum conditio sit purificata, firma
remanente actione primogenitæ contra patrem ad quanti
interessi debitum ordinem perversum esse, si iusta causa, vel
excusacione cessante præposteratio prædicta de dolo, vel
culpa redargui possit, super quo in casu occurritur matri-
us cogitandum erit.

100 Sexto casu dotis debita pluribus incertis de certis, ut
sunt subsidia dotalia per Montes familiarium, aliaque dif-
positiones distribuenda puellis de familia, ubi seddus ad
omnium puellarum dotem non sufficit, neque in testa-
mento, vel fundacione particularis lex super distribu-
tione adiecta sit; si alique in immatura ætate constituta
commodè expectare subventionem ex redditibus maturan-
dis, alia verò non, quia eorum ætas celeres nuptias deside-
ret, & tunc indubitanter videtur de subsidio promptius egenti-
bus providendum esse; si verò sunt omnes in ætate nubili,
neque de proximo futuri redditus verisimiliter sperantur,
ita ut juniores deberent diu post congruam ætatem nuptias
expectare, & tunc data ætate indigentia, proximiores
fundatos veniunt remotioribus præferendæ, atque illæ de
familia effectiva aliis de contentiva, ad instar fideicommissi
fi. Data verò in omnibus æqualitate, attendenda videtur,
vel maior ætas, vel eadem circumstantia, ob quam majori
urgente periculo, ceterior in una, quam in altera proffo-
desideretur prudentis iudicis arbitrio regulanda, ad instar dis-
tribucionis elemosinarum, vel prælationis in concursu ad
beneficia, ut supra.

101 Sed quid si dispositio pro pluribus puellis dotandis unica
oratione ordinata sit, ut puta mandat Titius, ut ex fructu-
bus talium bonorum dotari debeant filie Sempronii, an istæ
veniant per concurrentiam ad fructus singularum annorum à
principio, ita ut fructus primi anni, & sic successive æqua-
liter sint assignandi, & cumulandi pro dote singularum,
vel potius primæ annualitates dande sint primogenitæ, do-
nec summa congrua constituta sit, & sequentes pro secun-
dogenita, & sic deinceps; casum habui in facto, atque ex
præmissis rationibus, & auctoritatibus in primo casu consi-
deratis, censui concurrentium dictatum legatarum non fore
simultaneum, sed successivum, ita etiam suadente verisim-
ili disponentis voluntate, cum quilibet pater familias hunc
ordinem in dotacione filiarum, vel conjugatarum servare
soleat; accedente quoque observantia Montium familia-
rum, aliorumque piarum locorum, quibus huiusmodi do-
tium subsidiorum distributio demandata est, si enim sin-
gularum annorum fructus in tot ratas distribuendi essent,
multum tempus efflueret ad integrum cuiuslibet dotem con-
stituendam; unde contingeret quod tertio, vel quatuor-
genta longe ante nubilem haberet partem dotis oriose deposti-
tam, primo autem, vel secundogenita cogereret expecta-
re nuptias usque ad senectam. Sanctius ergo videtur, ex
servato ordine nature, cui primo nata est, consulatur, quod
que iunior senior locum cedat, quam senior iunioris ad-
mittat ad concurrentium cum irreparabili præjudicio, maxime
quia singularum annualitatum redditus commodius ad unum
tantum favorem investiri valent, quam sin plures ratas,
& minutias dividantur, & de quo casu habetur actum supra,
disc. 6.

102 Postro autem dicto successivo concursu, vel ex juris dis-
positione, vel ex disponentis præcepto, contingit etiam du-
bitari, an primogenita negligente exigit illas primas an-
nualitates tractu temporis redditus inexigibiles, ex quibus
si fuissent exacte, in sua dos constitui posset, in præjudicium
sequentium in gradu futurarum annualitates præterende valeat;
casum ponit in specie Rota in Romana bonorum, ubi
instructus 23. Junii 1632. coram Zarata, ubi contra primo-
genitam deciditur, illarumque jus tollere, vel differre, quod
puro verum, præsupposita negligentia, secus autem, si di-
ctarum annualitatum periculum dictæ primogenitæ culpa
non sit imputandum, ad instar eorum, que non tantum de nu-
liere non agente ad bona fideicommissaria, si eius culpa do-
tem in bonis liberis non est affectura, ex deductis in ista disc.
145. juxta quos terminos ista materia regulanda videtur, ne
culpa cessante ex casu, vel alieno delicto, primogenita
contra omnem juris rationem iuribus suis destituta re-
maneat.

Septimi autem casus de dote debita pluribus incertis
de incertis decisio totaliter est reposita in arbitrio iudicis
regulando exacti circumstantiis, juxta ea, que
in elemosinarum, ac alimentorum distributione non
P tantum